

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4388

Auteur(s) : Robert II des Ablèges, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1215...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert, évêque de Bayeux, confirme, d'après les chartes qu'il a vues, les donations faites à l'église et aux chanoines réguliers de Notre-Dame de Montmorel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° XIII, p. 12-13.

Dissertation critique

Texte établi d'après a

Universis Sancte Matris Ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus Dei gratia Baiocensis episcopus salutem in Domino perpetuam. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire nos quasdam cartas ecclesie beate Marie de Monte Morelli inspexisse in quibus quedam donationes et elemosine eidem ecclesie et canonicis regularibus ibidem Deo deservientibus a fidelibus nostre diocesis facte continentur, videlicet: ex dono Radulfi Farsi, de assensu et voluntate Ranulfi nepotis sui, totam decimam molendini sui de Setduiz in puram et perpetuam elemosinam, ita quod si, aliquo tempore, decima predicti molendini III quarteria frumenti annuatim non valuerit, predictus R. et heredes sui tenebuntur prenominatis canonicis reddere annuatim in eodem molendino III quarteria frumenti ad mensuram de Gislebertvilla. Ex dono Osberti Hugonis nepotis de Berneriis, de assensu et voluntate W. et H. nepotum suorum, tres acras terre et unam virgatam quarum una acra est apud Bernieres ad Pirum juxta terram Radulfi filii Durandi in Perruca ; una acra juxta terram Sansonis de Graeio apud Curellas ad Hoget ; dimidia acra juxta terram Willelmi Pilet ; ad vallem Pontis III virgatas, juxta Ricardum Malvesin. Et apud Curtiseigneium unum sextarium frumenti de redditu et II capones et XXX ova habenda et tenenda in puram et perpetuam elemosinam. Ex dono Philippi de Columbieres dimidium modium frumenti de sua decima ad Lingroniam in puram et perpetuam elemosinam. Ex donatione et confirmatione Willelmi Avenel tres sextarios frumenti in molendino de Croisilles, de assensu et voluntate Rollandi filii sui, quos Ranulfus frater ejusdem W. predictis canonicis prius dederat in puram et perpetuam elemosinam. Ex dono Philippi de Rosello et Odierne, uxoris sue, Ranulfi Haveron et Willelmi Valogier medietatem illius decime quam possedebant apud Beneium, de feodo quod fuit Willelmi comitis de Magnavilla, in puram et perpetuam elemosinam. Ex dono Johannis de Solenneio et Hasculfi filii sui quatuor acras terre apud Culcellas que sunt apud Perellas, de suo dominico ; et tres acras et tres virgatas apud Beneium, et duas acras et unam virgatam de terra Andree sui servientis quam ei dederant pro servitio suo, et domum quam Herveius canonicus abbatis de Monte Morelli dedit cum terra que ad illam domum pertinet ;

et dimidiam acram terre quam Robertus senescallus Curcellarum dedit predicte abbacie pro eodem Herveo, et tres acras terre et unam virgatam quas Hugo nepos Osberti de Berneres dedit eidem abbacie pro Ranulfo, suo alumno, quas ei dederat pro suo servitio in puram et perpetuam elemosinam. Nos vero prescriptas donationes et elemosinas seu etiam confirmationes sepedicte abbacie et canonicis regularibus in eadem abbacia Deo deservientibus a fidelibus divine pietatis intuitu factas et collatas sicut in cartis eorum juste et rationabiliter plenius continetur gratas et ratas habentes et plurimum approbantes presente pagina et sigilli nostri appensione dignum duximus confirmare.